UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Specvlvm Magnvm Episcoporvm, Canonicorvm, Sacerdotvm Et aliorum Clericorum omnium tam Secularium quam Religiosorum

Tympe, Matthäus

[Köln], 1614

129. Liberalem esse in Religiosos & cultum diuinum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-51447

Visual Library

ſe exiguo ſtipendio fore contentum, ſi ſibi
dines & habenæ iſtius prouinciæ commi
tur, &c.

Vtinam etiam nulli Clerici carius vende
frumenta quam Laici, etiam ijs qui annos
tos pro Eccleſia & vniuerſo Clero ſtrenue
rant, & nullam tamen portiunculam pat
Chriſti poſſident.

Cum *Theodorus Gaza* libros à ſe comp
in membranis eliganter deſcripſiſſet il
Xyſto 4. Pontifici maximo obtuliſſet, id
Pontifex ei ducentos ducatos donaſſet,
nummos in Tyberim proieciſſe dicendo:
*runt labores, pereat & precium. effugere hi
poſtquam optimæ ſegetes in olfactu præpinguibus
ſordeſcunt.*

Platina. *Nicolaus* V. doctos præmiis nunc ad le
publicas, nunc ad componendum de integ
quid, nunc ad vertendos Græcos auctores
tinum ita perpulit, vt literæ Græcæ & La
quæ diu in ſitu & tenebris iacuerant, tu
mum ſplendorem aliquem adeptæ ſint. Mi
literatos viros, per omnem Europam, qu
induſtria libri conquirerentur, qui maiorum
gligentia & barbarorum rapinis iam perie

SIGNVM CXXIX.

*Liberalem eſſe in Religioſos & cultum
diuinum.*

MEdiolani ſcribit Auguſtinus vidiſſe
naſterium Ambroſio, vt ait, nutritore

Aug

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Auguſtinus in Africa virorum ac fœminarum monaſterium fundauit. V. in Triumpho præmia S. Ottonis Epiſ. 15. cœnobia fundantis. *8. conf. c. 6. Poſſid.*

S i g n v m CXXX.

Libidinem ſeu luxuriam extraordinarijs pœnis profligare.

CVm malignus Spiritus *S. Benedicto* ſpeciem fœminæ, quam aliquando viderat obieciſſet, tantoque libidinis igne animum eius accendiſſet, vt fere de deſerendo eremo deliberaret, abiectis illico veſtibus, medium ſe in vrticas & vepres abiecit, & tamdiu in illis ſe volutauit, *donec per cutis vulnera*, inquit Gregorius: *eduxiſſet vulnus mentis.* Ex quo tempore ſicut poſt ipſe diſcipulis perhibebat, ita in eo eſt tentatio voluptatis edomita, vt tale aliquid deinceps minime in ſe ſentiret. *Greg. lib. 2. Dial. c. 2. Vi. locum de ieiunio.*

2. Antequam *S. Bernhardus* monaſticem profeſſus eſſet, fixius aliquando mulierem erat intuitus. Vbi autem ſe collegit tanta cupiditate vitandi hanc curioſitatem exarſit, vt ſubito in vicinum lacum tempeſtate præfrigida deſiliret. In eo immerſus collo tenus vſque eo conſtitit dum exanguis & tantum non conglaciatus omnem libidinis calorem extingueret. Vnde poſtea in religione ad eum ſtatum peruenit, vt non modo caro ſe aduerſus ſpiritum non commoueret, ſed ſpiritus etiam vltro dominaretur carni. *In vita S. Bern. li. 1. c. 3. & 4.*

3. S.

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN